



12



P. d. 38
Cont

Th. hist. R. IV. 150. 762.

201.

INTERPRETATIONEM
LIBELLI ESAIÆ
CAPITE XIX
IN DIEM NOVEMBRIS
SECUNDVM
INDICIT

HERMANNVS von der **Hardt.**

HELMSTADII,
Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMII Acad. Typogr.
ANNO MDCCXIII.
Cum censura.



INTERPRETATIONEM
FONTIVM HEBRAICORVM
CVLTORIBVS ASSIDVIS
PHILOLOGIS INGENVIS

S. P.

Coepimus, cum hoc mense, die 3. Octobris, pro nostro Fontes hebraeos interpretandi jure, in publicos vestros & seculi praesentis usus, ex amplis philologiae sacrae penetralibus, vulgo parum cognitis, *geminum* contexere *argumentum*.

Accepistis, in utilissimae hujus operae exordio, pro praeclearae disciplinae norma, *conclisa digna interpretationis Philologicae puncta*, quae in vetustis omnium, latinorum, graecorum & hebraicorum auctorum scriptis, in Academiis & scholis curate observanda. Siquidem in Academiis scholarum Rectores aequae formantur ac Pastores: Quorum
par

par interpretandi munus, pro autorum diversitate, non peritiæ & artis recensendi discriminè.

Ad hanc genuini interpretis amussim exegimus his diebus *libellum hebraicum, Capite XX. Esaiæ.*

Præmissimus *per vetusti monumenti chronologiam*, qua sine nullus antiquorum liber, ne carmen quidem, neque vis legis, neque nervus decreti, cognosci recte & recenferi digne potest.

Verimus dehinc sollicitè obsecutusculam autoris sacri orationem, pro *lingua natura, & styli veteris indole.*

Nativa *vocum significatio* sigillatim indicata, & *constructionis vincula*, pro autoris scopo, ordine ostensa.

Posthæc, quam *curata recensio* exposcit, *exactâ libelli* quoad singulas partes *historiâ* distinctè commemoratâ, *sensum* ardui totius opusculi explicuimus *literalem, proprium & integrum*: Pro *contextu*, remotâ *antiquitate Judaica* consultâ, *geographiâ veteris* vestigiis monstratis, *figuris sermonis ex autoris consilio & affectu* evolutis.

Postremo, *justum* quoque *locum in Volumine Esaiæ*, pro rerum gestarum ordine, libello tribuimus.

mus. Quod philologi interpretis negotium haud facile, necessarium tamen, absque quo tenebræ.

Rotundam totius prophetici libelli *paraphrasin* subjunximus: *Dissimulatâ censura versionum & Commentariorum*, in quibus parum hæctenus pro intelligendo libro lucis.

Absolvimus, cum hoc mense, *heri, die 30. Octob.* candidam hanc & dilucidam Exegesin, ad exemplum *librorum Hosea XXIX.* quos superiori anno delineavimus, solido Exegeseos fundamento fatis abundeque demonstrato.

Attentior hæc ætas, veritatis avidior, & fuci magis pertaxa, otii & somni impatiens, fundamenta poscit firma rerum quarumcunque. Quamobrem & *Exegesi* reddere contendimus, quod non mera opinio, credula persuasio, & secura traditio vendit, sed *Fontium* integritas & prisca illa dicendi fides, sacri sermonis quædam majestas, postulat. Discedimus alicubi à *Commentariis*; Recte facimus, pro jure *Fontium*, qui autoritatem non agnoscunt se majorem; pro jure *apertæ veritatis*, quæ formidat pallium; pro jure *immortalis antiquitatis*, quæ non vult sepeliri; pro jure *historia & geogra-*

graphia antiqua, quæ injuriam quidem temporis; hominum & interpretum non ferunt. Si prorsus dissimularemus, posteri vel ignorantiam, vel negligentiam, vel intempestivam timiditatem accusarent juste. *Philologus interpret*, non servus est interpretum, qui pares omnes dignitate, cum Fontibus comparati horum servi. Unus omnium herus, autor. Una veritas, una autoris mens, una obsequii regula, interpretando. Heri sui mentem referat vere, clare, & plene, aut interpret non est, aut heri servus non est, aut ab autore abit, herum negligit, temnit, veritate effati pessundata. *Exegetis Philologica* nullam agnoscit *interpretum autoritatem*, sed supremum *veritatis imperium*, irrefragabile *sermonis* & *styli jus*, severum *contextus* judicium; immutabilem *historia* & *antiquorum rituum* certitudinem, constantem *geographia veteris* semitam. Hæc audit, hæc intuetur, hæc observat Philologus. Hac via incedit, recta & justa, neque dextrorsum neque sinistrorsum declinat, quocunque vocent *interpretum exercitus*, à via remoti; Quibus vel *lingua* & *sermonis prisca* nulla aut pusilla cognitio, adeoque *contextus ponderandi* exigua facultas, cum

ex sermonis indole & veteri stylo suos habeat nervos, quibus *antiquitas judaica peregrina & ignota*, quibus *historia orientis non consultata*, quibus *geographia vetus nunquam visa*. Hos sequi duces, quid obsecro aliud, quam sectari illos, qui lumine capti. Vel mille præcant in avia, quorum oculos fascino obnubat & visum neget; postremus, oculis usus, ad cæcum obsequium haud quaquam obligatus. Philologus Exegeta, suo in interpretando functurus munere, difficillimos renetur exantlare labores, quos seculorum neglectus, temporum injuria, communis securitas, dulcis otii voluptas, reliquerunt intactos. Nec proinde mirandum, labore multo effodi, quod in profundo solo latens tot seculis pedibus tritum & conculcatum. *Ætas detegit, quod ætas nesciverat, nec viderat.*

Æquum & honestum, pati artium incrementa, quæ prudens orbis quærit avide, ac præmiis promovet & ornat. Sola *Philologia, veteresve autores*, omnis doctrinæ fontes, *interpretandi scientia*, jaceat inculta, sprete, æruginosa; *os orientis esto clausum*, cum *historia* prisca illius orbis sepulta; *geographia* veteris semitæ saxis sunt & truncis op-
plectæ,

pletæ, dumetis obsitæ, ut nulla cundi & pergendi
sit facultas, nulla magnos veteres autores, sine
quibus orbis non constat, videndi & audiendi su-
perfit via.

Quamobrem, ne oculata posteritas somnolen-
tos damnet antecessores, in suo toro cavet Philolo-
gica Exegeſis; nulli parcit labori, nullis sumptibus,
nullis vigiliis, modo diviſ orbis remoti autoribus,
Moſi & Prophetis, ſuam orientis concedat lucem,
ſuam vitam.

Jure ſummo gratias pro navata opera agimus
*Viro illuſtri, Reuchlino, juriſconſulto quondam
magno, Comiti Palatino, Suevia Triumviro, Philo-
logo primo, divinitus ſuſcitato in reipublica litera-
ria lucem, Eccleſia ſalutem, Germania honorem,
totius Chriſtiani orbis decus grande.* Immortali
huic pectori vota juſtis parentalibus pii & læti hodie
quoque ſolvimus, pro via geminum ante ſeculum
luculenter monſtrata. *Memoriam viri maximi
recolimus toto hoc menſe Octobri ſeculare, cu-
jus Moguntinam hiſtoriam, menſis Septembris 6^o
Octobris Anni 1513. ſeculo hoc tertio inchoato,
Anni 1713. menſe Octobri, ex publicis ætatis illius
monu-*

monumentis succincte recensuimus, favente Deo,
& benigno fato annuente. Aeterna divi studiorum
illorum fundatoris memoria!

In cujus *sereni Jubilei* tesseram, hos dies pluscu-
lis *Symbolis philologicis* reddidimus celebriores:
Deum precati, qui redeunte seculo novo, *A. 1813.*
mensis octobri, & hanc Academiam pari bect gau-
dio! *Profundum Reuchlini gaudium*, cujus heri
facti estis participes, ex vestro & posterorum pe-
ctore nulla unquam eximat ætas & tempestas!
Qui & *valebitis* cum Reuchlino, salvi & incolu-
mes *medicinâ Reuchlini*, inscripti *albo Reuchlini*,
dulci Reuchlini *scypho* irrigati, *domestici Reuchli-*
ni, *Fontibus Reuchlini* assidentes.

His nunc confectis, cum mente Novembri
inchoato, *proximo die Jovis*, ad novi libelli, *Esaiâ*
capite XIX. enarrationem decentem, Deo propi-
tione, oratione viva progrediemur. P. P. in
Acad. Julia A. MDCCXIII. pridie
Cal. Nov.

☞ (o) ☞

AB: 153257

ULB Halle 3
003 122 484



SK

R

V017







24

INTERPRETATIONEM
LIBELLI ESAIÆ
CAPITE XIX
IN DIEM NOVEMBRIS
SECUNDVM
INDICIT
HERMANNVS von der **Wardt.**

HELMSTADII,
Typis GEORG. WOLFGANGI HAMMII Acad. Typogr.
ANNO MDCCXIII.
Cum censura.

23.